

MASS PROPER: NOVEMBER 22, ST. CECILIA, VIRGIN MARTYR

MASS (*Loquébar*) (red)

INTROIT Psalms 118: 46, 47

Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

COLLECT

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæciliæ Vírginis et Mártiris tuæ solemnitáte lætíficas: da, ut, quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 51: 13-17

Dómine, Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum, Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo nomen tuum assídue, et collaudábo illud in confessiône, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditióné, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor et laudem dicam tibi, Dómine, Deus noster.

I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved.

O God, Who dost gladden us with the annual feast of blessed Cecilia, Thy virgin and martyr, grant that, as we venerate her in our liturgy, we may also follow her example in godly living. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord my God, Thou hast exalted my dwelling place upon the earth, and I have prayed for death to pass away. I called upon the Lord, the Father of my Lord, that He would not leave me in the day of my trouble, and in the time of the proud without help. I will praise Thy Name continually, and will praise it with thanksgiving, and my prayer was heard. And Thou hast saved me from destruction, and hast delivered me from the evil time. Therefore I will give thanks and praise to Thee, O Lord our God.

GRADUAL Psalms 44: 11-12

Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex specie[m] tuam. (Ps. 44: 5) Spécie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna.

LESSER ALLELUIA Matthew 25: 4, 6

Allelúja, allelúja. Quinque prudentes virgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit: exíte óbviám Christo Dómino. Allelúja.

GOSPEL Matthew 25: 1-13

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parábolam hanc: Simile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviám sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudentes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudentes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Horam autem faciéntem sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit, exíte óbviám ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixerunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudentes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est iánua. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen, dico vobis, nescio vos. Vigilate ítaque, quia nescitis diem neque

Harken, O daughter, and see, and incline thine ear; for the King hath greatly desired thy beauty. (Ps. 44: 5) With thy comeliness and thy beauty, set out, proceed prosperously, and reign.

Alleluia, alleluia. The five wise Virgins took oil in their vessels with the lamps: and at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet Christ our Lord. Alleluia.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The Kingdom of Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise. But the five foolish, having taken their lamps, did not take oil with them: but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was a cry made: Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps. And the foolish said to the wise: Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying: Lest perhaps there be not enough for us and for you, go ye rather to them that sell, and buy for yourselves. Now whilst they went to buy, the bridegroom came: and they that were ready, went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last come also the other virgins, saying: Lord, Lord, open to us. But he answering said: Amen I say to you, I know you not. Watch ye therefore, because you know not the day nor the hour.

horam.

OFFERTORY Psalms 44: 15, 16

Afferéntur Regi Vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exsultatíone: adducántur in templum Regi Dómino.

SECRET

Hæc hóstia, Dómine, placatiónis et laudis, quæsumus: ut, intercedénte beáta Cæcília Vírgine et Máryre tua, nos propitiatióne tua dignos semper effíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 118: 78, 80

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, in tuis justificatióibus, ut non confundar.

POSTCOMMUNION

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventíone nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness and rejoicing: they shall be brought into the temple of the King, the Lord.

May this sacrifice of atonement and praise, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of blessed Cecilia, Thy virgin and martyr, ever make us worthy of Thy forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let the proud be ashamed, because they have done unjustly towards me: but I will be employed in Thy commandments, in Thy justifications, that I may not be confounded.

O Lord, Thou hast regaled Thy household with sacred gifts; ever comfort us, we pray, with her intercession whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.